Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



222

Ecce qui terrenę substantiae plus iusto incupat uenire ad dominicā cenā recusat qui labori curiositatis insudat praeparantaurę alimenta fastidit. Qui carnalib: desiderius inher & spiritalis conuiuii epulas respuit. Quae ergo uenire supbi renuunt pauperes eliguntur. cur hoc quam iuxta pauli uocē infirma mundi elegit dś ut confundat fortia. Pauperes aut & debiles dicuntur qui iudicio suo apud sem & ipsos infirmi sunt. Nam pauperes & quasi fortes sunt qui & positi in paupertate superbiunt. caeci uero sunt qui nullū ingenii lumen habent. claudi quoq: qui rectos gressus in operatione non habent. sed dum morum uitia in membrorum debilitate signantur profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui uocati uenire noluerunt. Itahi quoq: peccatores sunt qui inuitantur & uenium. sed peccatores supbi respuuntur. & peccatores humiles eliguntur. hos itaq: elegit quos despicit mundus quia plerumq: ipsa despectio hominem reuocat ad sem & ipsum pauperes & debiles ceci & claudi uocantur & uenium.

Quia infirmi quiq: atq: in hoc mundo despecti plerūq: tanto celerius uocē dni audiunt quanto & in hoc mundo non habent ubi delectentur sed ducti ad cenā pauperib: ad puer subiungit

Dne factum est ut imperasti. & adhuc locus est. (audiamus)

Multi tales ad dominicā cenam ex iudea collecti sunt. sed multitudo quae ex isrhel tico populo credidit locū superni conuiuii non implebit. Intrauit autem iam frequentia iudeorum. sed adhuc locus uacat in regno ubi suscipi debeat numerositas gentiū. unde & eidē sermo dr.

Exi in uias & sepes & compelle intrare ut implectur domus mea.

Cum de uicis & plateis ad cenā dns mutat illū uidelicet populum designat qui tenere legē suburbana conuersatione nouerit. Cum uero conuiua sua collegi exui & sepib: praecipit nimirum aegrestem populum collegere. id. ē. gentilem quaerit. Notandum uero quod in hac inuitatione ter uia non dicitur in uita sed compelle intrare.

Nā sicut nonnulli quibona facienda intellegunt: sed haec facere desistunt his ut superius diximus: plerūq: contingit ut eos in carnalib: desiderus sui mundi huius aduersitas feriat.

Sepe namq: aut longa aegritudine tabescunt aut affluti in iuriis concidunt aut percussi grauiorib: damnis affligunt ut se qui ipsos in suis desideriis reprehendentes ad dnm cordia conuertunt. Quiergo huius mundi aduersitatib: fiirecti ad dī amorem redeunt atq: a presentis uitae desideriis corrigunt. Quid isti nisi compelluntur ut intrent sed uae de ē. tremenda sentētia quae protinus subinfertur. ait enim.

Dico autem uobis. quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt. gustabit cenam meam.

Ecce per se uocat. p angelos uocat. p patres uocat. p prophetas uocat. p apostolos uocat. p pastores uocat. plerūq: p miracula uocat. plerūq: p flagella uocat. Aliquando p mundi huius prosperitate uocat. Aliquando per aduersa nemo contemnat. sed dum